



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Amandus Episc. 6. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

ille, ut spinas generosè calcavit, dum  
nimo volverit, quales rosas quarere

*Ex Suvio.*

*Quid istud negligentia, quid pigritia  
imò quid recordia est, ut non crebris  
piriis & ferventissimâ affectione abruerit  
perehinc, & in illa tam felicia agmina  
jaculari animos studeamus? S. Bern.  
serm. 5. de om. SS.*

S. AMANDUS EPISC. 6. Februarij.

**Q**uid juvenus, quid ætas virilis facis  
Mundum & cum mundo patrem  
A M A N D U S puer vicit, & cum Reli-  
gioso negaturum se ille hæreditatem mi-  
naretur, amplam sibi hæreditatem sup-  
petere in cælo respondit; caveret ipse  
parens, ne hæc excideret. Romam  
deinde ad D. Petri supplex ivit. Hunc  
ibi in somnis vidit, & auctorem habuit  
Galliæ repetendæ. Sed & in puppi eun-  
dem tempestate jactatus patronum con-  
spexit. Jam Trajectensi infulâ condeco-  
ratus cum reo, cui laqueo gula frangeri-  
da erat, servare precando apud immi-  
tem judicem non posset, vitam ablatam  
certè precando apud Deum restituere  
potuit. Regis Dagoberti filium (Sige-  
bertus fuit) cum fonti lustrico admo-  
veret, precibusque Divi nempe verbum  
solemne *Amen* subjiceret, id ipse in-  
fans XL. tunc dies natus subjecit, unico  
verbo,



6. Feb. VITÆ SANCTORUM. 95  
verbo, & in AMANDI, & suas laudes  
facundus. Non nemo quòd famam A-  
MANDI lacerasset, carnificem dæmo-  
nem sensit, suisque manibus laceratus  
oppetiit. Alii qui mortem Divo machi-  
nabantur, oculis amissis facinus suum, &  
cum hoc, post preces illius, diem iterum  
viderunt. Feminae quoque lucem resti-  
tuit, cum primùm arborem illa aggressa  
est excindere, quam divinis antè hono-  
ribus (cæca utique) coluerat. Mortuum  
Aldegundis virgo in cælum vidit deduci  
ab obviâ candidatorum turbâ, audiitque  
eos hos esse, quos verbis vitæque exem-  
plis prior ipse cælo transmississet. Nimi-  
rum hæc denique generosa indoles est,  
hi digni homine spiritus, nolle solum, sed  
cum comitatu, & clientelis cælum ingre-  
di. *Ex Milo. Monacho.*

*Qui sperat in Deum, ac toto corde in ejus  
gloriam luminum suorum defigit aspectum,  
ad in sanissimas vanitates consecratos se-  
mel Deo non debet oculos retorquere. S. Max.  
hom. de Circumcis.*

S. BRYNOLPHUS EP. 6. Febr.

**N**Atales BRYNOLPHUS domi nobi-  
les foris amplius nobilitavit. Lute-  
tiam Parisiorum profectus egit Musas  
inter ipsos duodeviginti annos, nec  
invito Apolline. Siquidem hic do-  
ctrinam ejus Scarenfi insulâ coronavit.  
Tan-